

rare, ut ille et rationi consonum iudicamus, ut eiusdem fragilitati per scripti testimonium succurramus, ne ea, que ad laudem | dei rite et rationabiliter per nos fiunt, processu temporis malorum ingenio permutari valeant vel infringi. Notum siquidem | esse volumus Christi fidelibus universis et presentibus protestamur, quod ad honorem dei et beatissime matris eius bona in Sconinlo^{a)} | et molendinum in eadem villa solventia sextam dimidiam marcam²⁾ et dimidium fertonem³⁾ argenti, que dominus Sifridus de | Mugelin tenuit a nobis in feodo et in manus nostras liberaliter resignavit, cenobio sanctimonialium Vallis beate Marie iuxta Mugelin contulimus perpetuo possidenda cum omnibus suis pertinentiis et cum omni prorsus utilitate, | que nunc eisdem inest vel inesse poterit in futurum. Ut autem hec donatio nostra procedente tempore stabilis | perseveret, eisdem sanctimonialibus in testimonium super eo presens dari iussimus instrumentum sigilli nostri munimine roboratum. Dat. apud Rochlez anno dominice incarnationis M^oCC^oLI^o, VII^o idus augusti, none indicationis. Huius rei testes sunt: Vlricus de Pac, Henricus marscalcus, Cunradus camerarius fratres de Gnannen|stein, Otto de Gerhardestorf, Cunradus et Reinardus fratres de Ztrele, Reinardus de Musgewiz, magister | Christoforus curie nostre notarius, Iohannes scriptor et alii quamplures.

(SP.)

40.

Markgraf Heinrich von Meißen beurkundet, dass Gunther von Bieberstein die Weiler Kaupnitz und Theeschütz im Burgward Mochau, die dieser von ihm zu Lehen getragen, mit allem Zubehör für 150 Mark Silber an Abt Eberhard und den Konvent des Zisterzienserklosters Alzelle verkauft hat und dass er, der Markgraf, die genannten Weiler, nachdem sie ihm von Gunther von Bieberstein in Pürglitz in Gegenwart des Königs (Wenzel I.) von Böhmen, des Burggrafen Meinher (II.) von Meißen und vieler anderer aufgelassen worden sind, dem Kloster übertragen hat.

1251 August 9, Alzelle

Original: Dresden, HStA, 10001 (Ältere Urkunden), Nr. 497 (olim: OU. 497) (A) — Provenienz: Alzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 44,2 cm breit, 31,5 cm hoch, Plica 3,8 cm — Besiegelung: SP. Markgraf Heinrichs von Meißen, Typar 3 (Umschrift teilweise beschädigt), an roten Seidenfäden (Abbildung/Beschreibung des Siegels: siehe Nr. 16) — Dorsualvermerk: [Hand 1] Super Vtheschwitz [Hand 2] et Cupenicz [Hand 3] alias Cugen (saec. XIV–XV).

39. a) sic A; in den auf der Rückseite der Urkunde angebrachten Vermerken (saec. XIII–XV) lautet die Schreibung des Ortsnamens Schoneno, Schallaw bzw. Schollow.

2) sexta dimidia marca, d. h. 'die sechste Mark halb' (= 5½ Mark); vgl. dazu Stotz, Handbuch, Bd. IV, S. 170, § 94.

3) fertio = Vierding, vierter Teil einer Maßeinheit, hier der vierte Teil einer Mark; vgl. etwa MLW IV/2, Sp. 173–174 s. v. fertio.